Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Quaestio Tertia

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

Sequitur tertio, diversos authores circa hujus quaestionis decisionem inter se dissidentes quorum alij aiunt Logicam esse practicam; alij negant; alij practicam dici volunt, alij speculativam; alij neutram; alij utramque etc. Non re ipsa, sed tantum in modo loquendi a nobis et inter sese discrepare. Ac proinde ex dictis facile conciliari fore.

Quaestio Tertia.

De Fine Logicae

Antequam respondeatur ad quaestionem notandum habitualem de cujus fine quaestio procedit considerari vel ut est habitus totalis, in ordine ad totalem finem universorum actus quos qui ipsi tribuuntur vel ut est habitus tantum partialis v. g. unius conclusionis et actus, vel paucorum, nos hic de totali Logica ac fine agemus; ex quibus particulares facile poterunt colligi.

IMMANENS Operatio quid? Notandum est, ex divo Thoma. 1. Eth. l. 1. lit: CD. operationem communissime acceptam esse duplicem, unam manet in ipso operante, ut videre, velle, audire, etcaetera, et haec vocatur IMMANENS operatio. Altera autem

TRANSIENS. non manet in agente, sed transit et exercetur circa materiam aliquam extra operantem constitutam. ut Cytharizatio, equitatio, aedificatio, scriptio, eamque ob causam dicitur operatio transiens. Transit enim quodammodo

fatio. ex operante ad aliquam materiam extra operantem constitutam. Ad hunc transeuntes operationes, iterum

Operationes transeuntes duplices sunt.

bifariam se habent. Nam teste Arist. 7. Eth. c. 1. per quaedam tantum usurpatur ad tempus materia externa, absque ulla forma artificiata in eam introducta. Ut cum quis utitur equo ad equitandum navi ad navigandum vel cythara ad canendum etc. Per quaedam vero operationes transeuntes nova figura et forma [illegible] ice in materiam externam inducitur, ut cum fa[illegible] mensam aut domum extruit. Hasce tria [illegible] gura authore Arist. apud. S. Thomam [illegible] habent ad operationes habitus et artes, ut immanentes transeuntes ... primi gradus, sint ultimi fines eorum [illegible] gradum ad quos spectant. TRANSEUNTES autem, in quibus non sint ipsi ultimi fines, sed illa opera artificiata quae per eas fiunt et post eas relinquuntur et permanent. Unde licet artis nauticae finis ultimus sit navigatio, et artis cytharizandi cytharizatio equestris equitatio, fabrilis tamen artis non aedificatio sed aedificium, vel certe utrumque sumptum simul, est ultimus et potissimus finis. Notandum 2do. Unius rei posse esse plures fines sibi invicem subordinatos quorum priores vocantur proximi posteriores remoti fines. Item cum unus ad alterum referatur, prior vocatur minus principalis, posterior autem ad quem refertur principalis, quia magis a nobis spectatur et appetitur. Prior vero minus. V. g. aedificatio domus est finis propinquus et minus principalis artis aedificatoriae. Remotior vero et principalis est ipsa domus, quae tam et

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

ipsa sumit sibi proprium finem habeat, nempe commodam habitationem, ideo etiam habitatio commoda aliquo modo est finis, saltem remotus et extrinsecus eiusdem artis.

[illegible]tis notabis. Ad quaestionem dico primo: Logicae finem primum et unum principalem esse cognitiones, Regulas seu dictamina mentalia de faciendis modis disserendi [illegible] esse exercitium seu fabricationem modorum esse [illegible] et principalem. Videtur esse communis sententia et [illegible] Scientia namque habitus finis est aliquis proprius actus et dictamina de faciendis modis disserendi [illegible] gico habitu eliciti; Ergo sunt ipsius finis, non [illegible] finis et principalis, quoniam referuntur ipsa natura ad operationes mentis, hoc est [illegible] orum, syllogismorum etc. Sed [illegible] siquidem per ipsos tanquam directores et leges ipse praxes seu fabricationes modorum disserendi, [illegible] exercentur nec sine illis exerceri possent. Confirmatur. Sicut se habet scientia moralis, ad suam cognitionem practicam et ad ipsam praxin seu operationes quas dirigit, ita se habet Logica ad suos actus, et operationes. Sed teste Aristotele 3. Eth. c. 3. Finis praecipuus et principalis scientiae Ethicae, non cognitio sed actio est; ergo neque Logicae finis principalis est, cognitio modorum disserendi, sed actualis eorum confectio seu fabricatio. Ideoque sicut morum ac virtutum cognitio, nisi actio et exercitatio subsequatur, inutilis est propemodum

Cognitio, Regulae, Dictamina mentalia sunt finis proximus et principalis minus: Ipsum vero exercitium et fabricatio modorum disserendi, principalis.

Similitudo.

Ita etiam inutilis foret sola cognitio modorum disse-
rendi, absque eorum effectione, suo tempore et loco in re-
rum scientijs acquirendis usurpandam. Iuxta hoc dictum intelligi
debet, quod Fon. 1. Inst. c. 1. ait docere quomodo disse-
rendum sit esse finem Logicæ, non ultimum nec præcipuum sci-
li[illegible] [illegible] proximum et minus præcipuum. ut exemplo etiam artium
[illegible] rum operaticarum confirmari potest. Dico ordo
[illegible] veritatis in scientijs realibus, tum specula-
[illegible] atiuis acquirenda, esse remotum et extrinsecum finem
[illegible] d cum hoc discrimine, quod in speculatiuis
[illegible] itatis cognitio sit adæquatus et ultimus finis, in o-
peratiuis v. cognitiones practicæ sint fines non ultimi, et inadæquati.
Operationes v. et opera quæ ex eisdem subsequuntur sint ultimati
fines extrin[illegible] [illegible] ex Arist. 1. Top. c. 9. recte docet Zab.
1. de Nat. Log. c. 13. et videtur communis sententia. Quæ probatur.
Quemadmodum se habet commoda habitatio, et cætera quæ ex ea conse-
quuntur, ut defensio ab æstu, pluuijs, alijsque cæli iniurijs
ad artem ædificandi: ita sese habent rerum cognitiones
quæ a realibus et principalibus scientijs speculatiuis ac practicis
comparantur, aliaque eius consequentia, affert Logicum habitum; sed
habitatio ac cætera commoditates quæ ex domo bene ædificata percipi-
untur, sunt finis extrinsecus artis ædificandi, propter quem domus ædificatur.
Ergo etiam scientiæ et rerum cognitiones quæ ex syllogismis atque alijs disse-
rendi instrumentis acquiruntur, sunt fines Logicæ. Si quæras quare sint
tantum extrinseci? Respondeo, finem extrinsecum esse, sine quo artis
essentia potest consistere. Atque ars ædificandi v. g. etiamsi ars, suoque
officio bene perfuncta, dummodo domum aptam habitationi hominum construxerit,
perficit, perfeceritque. Siue postmodum hominum vitio aut
arbitrio subsequatur, ipsa actualis habitatio

siue non: eodem modo Logicus perfectus suo munere functus

censetur, quando in disciplinis realibus bonum systema, definitionem, aut

diuisionem perficit; siue deinde propter hebetudinem discentium

aliudue impedimentum, subsequatur ipsa actualis verita-

tis cognitio, ac caetera ipsi annexa, siue non. Adeo 2do,

propterea etiam dici extrinsecos, quia non fiunt ab ipsis ar-

tificib. sed ab alijs, qui artefactis utuntur, n[illegible]

tor domum a se factam varijs inhabita[illegible]

alijs habitandam conficit. Vt bene docet Zab. l.

c. 15. Ex hoc dicto intelligi potest definitio L[illegible]

trinseco hoc fine desumpta assignatur [illegible]

Zab. c. c. 13. quoad ultimam particulam mine[illegible]

Logica inquiunt est instrumentum philosophia a philosophis inuen-

tum ad discernendum in philosophia, verum a falso, et bonum

a malo. Cum enim ipsemet Aristoteles c. c. 9. 1. Top. do-

ceat problemmata Logica adminiculari, tum ad cogni-

tionem veritatis in philosophia contemplatiua, tum etiam

ad electionem bonorum, et fugam malorum in philosophia mo-

rali, nil obstat quominus Logica etiam per eum finem

extrinsecum describatur. Ex tota hac q. colligi

potest primo discrimen Logicae ab omnib. alijs habitibus intellectus, nam

quia Logica pro fine principuo habet constructionem mo-

dorum disserendi, qui sunt IMMANENTES operationes men-

tis, ideo differt ab omnibus speculatiuis, quae pro fine principuo ha-

bent ultimo solam rerum cognitionem habent. A caeteris a discipli-

nis operatiuis differt, quia illae circa alias operationes, saltem alio

modo et sub alia ratione considerantur. Colligi potest 2do,

triplices illos actus, quos Sanctus Thomas,

quaest. sup. dub. 3. citatam docuit in omnibus artibus ac disciplinis o-
perativis reperiri: Ita scilicet habere, ut primi generis ac tertii
actus, sint fines intrinseci, sed proximi ac minus princi-
pales eorum habituum. Secundus vero sit finis principalis ac
principalis, atque etiam eidem habitui intrinsecus. Propter
quem utrique actus denominantur notitiae practicae, non specula-
tivae. Colligitur 3tio, quis sit finis Logicae actualis, nam
Logicae, pro suo fine habent operationes intellectus
non eas res omnes circa quas elici possunt. Probatur
in usu actus finis est eius obiectum seu id circa
quod elicitur; sed operationes sunt proxima obiecta cog-
nitionum practicarum, opera vero et res circa quas ipsae
operationes versantur, sunt obiecta operationum; Ergo eti-
am fines.

Ad extremum notandum, sicut alius est finis OPERIS,
et alius OPERANTIS, ut aiunt, nam domus finis est in-
habitatio, fabrorum vero lucrum et merces ex fabricatione
domus consequenda: ita alium esse posse finem scientiae et artis,
et alium scientis et artificis (materialiter sumendo sciente
et artificem, non formaliter) nam sciens qua sciens et
artifex qua artifex, hoc est formaliter sumptus non habet alium
a sua scientia aut arte finem) nos in hac quaestione de fine
Logicae scientiae et artis egimus, finis scientis Logici potest
esse varius, sunt namque, ut S. Bernardus. serm. 36. sup.
cant. scribit) qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, et
turpis curiositas est: et sunt qui scire volunt ut sciantur
ipsi; et turpis vanitas est. Quibus satyricus subsannans

Tertia conclusio
opera et res circa
quas versantur a-
ctus logici sunt actu-
alis Logicae fines.

B

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg

illud decantat:

Scire tuum nihil, nisi te scire hoc sciat alter.

et sunt item qui scire volunt ut suam sciam vendant

v. g. pro pecunia, pro honoribus, et turpis quaestus est.

Sed sunt quoque qui scire volunt ut aedificent et charitas est. Et inde

qui scire volunt ut aedificentur; et prudentia est. Horum duum

soli ultimi duo non inveniuntur in abusione scie. nisi qui id

hoc volunt intelligere ut bene faciant. Hactenus:

Quaestio Quarta.

De Subiecto et Obiecto Logi

praefatiuncula. Etiam de Logicae subiecto et obiecto disputationem

ut primo agamus de subiecto et obiecto sciarum in se.

Deinde vero ratione de Logicae subiecto et obiecto explica-

bimus.

Articulus 1. quid et quotuplex sit subiectum

1. genus subiecti Enunciationis. Ex Fonsec. Instit. constant variae subiecti significationes. Primo

enim subiectum est id de quo aliquid vere aut falso affirmatur

aut negatur. Lib. 1. c. 14. et vocari potest subiectum ENUN-

CIATIONIS.

2. genus subiecti. Praedicationis. Secundo subiectum est aliquid singulare vel minus commune, de quo ali-

quid communius vere et essentialiter praedicatur, ut docet Fon. lib. 2.

c. 8. v. g. de Socrate homo, Rationale est, subiectum Ens est,

de Logica Organum intellectuale, habituale qualitas Ens,

de albedine color qualitas, patibilis qualitas, Ens. Et vocari

solet a nonnullis subiectum PRAEDICATIONIS.